

tempore de facili transsiunt(!) a memoria, nisi voce testium probari possint aut viuaci litterarum testimonio confirmentur hinc enim [o: est] quod [protestor me?] in bonis dictis Lydh mihi a venerabilibus personis collatis, venerabili Domino Gøstavvo et consorte eius Domina katerina hec nomine inuentarii in eisdem habuisse, videlicet 2. boues, 3. vaccas 2. oues antiquas et 4. iuuenes, 1. vectigal. 1. suem, 1. caldarium, 2. secures, 1. vomerem. 4. falces, 1. falcastrum, 1. terebrum, 3. toralia, 1. lodicem, 3. linthiamina, 1. bancale, 1. cussinum, 9. thýnones annone et 1. thýnonem siliginis, 1. capistonium, 2. cribra, 1. sportam, 12. scutellas, 1. crateram 1. vehiculum, 2. drøar, 2. aratra, 2. juga, 1. clifsaul 1. bændi, 4. plaustra feni, 4. plaustra straminum. hec omnia ego vel mei heredes resignare tenemur successori, in cuius rei testimonium sigillum Petri curati in Thorpum et Andree Baat una cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa. Scriptum Asbý, Anno Domini M. CCC, XL. quinto, feria sexta proxima post Mathie.

3909.

1345 d. 27 Febr.

Lagmannen i Östergötland KNUT JONSSON, GÖSTAF TUNESON, KNUT FOLKESON och INGRID SVANTAPOLKS dotter, f. d. Abbedissa i Wreta, intyga, att de och deras förfäder från urminnes tid egt jus præsentandi till Vårfrukapellet i Linköpings domkyrka, och uppgifva, på begäran af Kapellanen Carl Sivason, de personer, som stiftat och sedan genom gåfvor riktat nämnda kapell, samt namnen på de kapellaner, som af dem blifvit der insatta; förklarande sig vilja försvara sin presentationsrätt.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 104. v.

Omnibus quos presens negocium tangere dinoscitur et quorum inter est, uel interesse poterit in futurum Kanutus Jonsson legifer ostgotorum Gøstaus thunasson Kanutus folkason et Ingridis swantæpols dotyr quondam abbatissa wrethis salutem in omnium saluatore, Cum in possessione sua quilibet sit tuendus et nemini iniuriam faciat qui vtitur iure suo Nos in verbo veritatis per dominum karolum siwason de fundatoribus capelle beate virginis Lincopie requisiti In conscienciis nostris dicimus et per presentes coram omnibus publice protestamur quod a primeua sui fundacione, ad nos et progenitores nostros Jus presentandi ad ipsam vacantem spectauerat et ad huc spectat a tempore cuius memoria non existit Quo iure actenus vsi fuimus inconcusse voce cuiuslibet alterius preterclusa et in [o: vt] ista clarius patere valeant, ipsius capelle, principales et secundarios fundatores ad noticiam volumus deducere singulorum Primi enim eiusdem capelle fundatores fuerunt

att inlemnas till K. Antiquitets Collegium, i hvars samlingar dessa original icke finnas och icke veterligen hafva funnits förvarade.

Domina Helena gudthormi ducis filia et filius eius Kanutus dux Ræwalie qui bona in flidysby et maspærlæso primitus contulerunt Qui kanutus dux de se genuit dominum Swantapolk qui dicte capelle contulit ketilstedha et skeggestadha Dominus autem swantapolk genuit dominam Jngegerdim de hendelø que ad dicte capelle augmentationem fythiæstadha contulit et colonos qui annis singulis soluunt viginti thynones annone, per quos fundatores et nos ipsorum heredes et veros patronos successiuus temporibus fuerant presentati videlicet dominus pater Magister ingo Dominus olauus de hundabiergh Philippus kanuti ac dominus karolus siwason qui iam ad prefatam capellam per nos cum consensu nostro fuit vltimo presentatus Vnde cum in possessione pacifica juris presentandi ad sepedictam capellam continue fueramus nulli mirum videatur quod contra iuris nostri turbatores amicorum et cognatorum conciliis et auxiliis salua semper honestate, per vias nobis possibles resistere intendimus domino concedente In cuius testimonium, sigilla nostra presentibus duximus apponenda Sub anno domini M^o CCC^o XLV^o. dominica qua cantatur oculi mei.

Allmän öfverskrift: Littere super bonis cantorie.

3910.

1345 d. 28 Febr.

Stockholm.

HENRIK ARXÖ säljer sin gård Lindasund i Norsunda socken till Abbedissan och Konventet i Sko kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Hinricus Arxøø, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi per presentes, me religiosus et honestis dominabus. Abbatisse. sororibus. et conuentui. claustris skoo. vnam marcham terre in villa lindesundh dicta., parochie norsunde. situatam, cum omnibus ipsius terre attinenciis. prope vel procul positis. nullis penitus exceptis quomodolibet nominatis pro pleno precio. rationabiliter. dimisisse, Aufero igitur a me meisque heredibus. predicte terre possessionem. in hiis scriptis. transferens in ipsas sorores et conuentum claustris sepedicti. plenum possessionis dominium ipsius terre. et auctoritatem firmam. eandem terram. vendendi. commutandi. alienandi. et ad placitum suum libere ordinandi, In cuius recognitionis maiorem euidenciam. sigillum meum vna cum sigillo ciuitatis stokholmensis. quod peto in firmissimum testimonium. presentibus sunt appensa. Datum stocholmis anno domini M^o. CCC^o. XL^o. quinto. feria secunda post dominicam Oculi.

Sigillen borta, remsorna kvar.